



ST. A. P. H. S.
et Tomus.
v. 1.




Nf. 27.










1001





C C C C 55
DOMINUS

Abordando a
Ciax 1. 1. 2. 7. 7.
C L O R I Æ *quæ quælibet scriptura: 4*

Alloesq. p. 2. 22.

CRUCIFIXUS,

è
1. Corinth. II, 8.

Ad Solennem Disputationem
propositus,

pro

DOCTORATU THEOLOGICO

obtinendo

à

PRÆSIDE

JOHANN. CONRADO DANN- *Fora. 8. f. f.*

HAWERO, SS. Theol. Profess. Publ.

in Academia Argent.

Respondente

M. GERHARDO Münch/

Mæno-Francofurtano,

In Auditorio Maj. d. 18. Sept. A. C. M. DC. XXXIII.

Horis ante- & pomeridianis.

EDITIO TERTIA, prioribus multò correctior.

ARGENTINÆ,

Typis EBERHARDI WELPERI. *No. 5.*

ANNO M. DC. XXCV. *e.*

au 4

F

W

X

S

Impudens Titianus 15. f.

Sayor 13. f.

Kupis 11. f.

Himn Sabaudis Supplementum 1. C. 4

G

L

T

Gloria. C. 10. 18. f.

Lipsy castro 14

Tropy stigan 22. f.

H

R

Paradoxicalia 3.

v.

Particulae et dea
nam Hly et ppho
nam dicit. 20.


Hilary lapp 14. f.

R


Regula antiphon. 18.



Stoica
Paradoxa Christiana



PROOEMIUM.



Rrogantiæ, φιλαυτίας ac φιλοδο-
 ξίας argumenta olim fuere Stoicorum
paradoxa, quibus se à vulgi ignoran-
 tiâ exemptum voluerunt, cum statue-
 runt, ad consummatam felicitatem suffi-
 cere virtutem: bene maleq; facta omnia esse æqualia: o-
 mnem sapientem liberum, Deorum collegam, mortalem
 DEUM esse: eundem solum esse divitem, etiamsi cum
 Diogene verset dolium: Sublimitatis atque
 Majestatis in cœlesti veritate absconditæ testimo-
 nia sunt illa Christianæ religionis paradoxa; ex hi-
 bilo hanc mundi machinam prodiisse: Unum corpus simul
 multis in locis esse posse: idem numero rediturum: Unum
 esse Trinum, & similia, quæ nobis, tanquam occulta
 Principibus hujus seculi ἀπὸ τῆς μωρίας τῶ κνεύματι
 1. Corinth. I, 21, aperuit DEUS, ut ex illorum cogni-
 tione salutem æternam hauriremus. Hujusmo-
 di quoque paradoxum, quod in aure non renatâ:
 malè sonat, DEUS EST CRUCIFIXUS, Ju-
 daeis scandalum, gentibus stultitia, ibid. vers. 23. Ete-
 nim illud divinæ veritatis oraculum philosopho ac
 sapienti hujus mundi quomodo non vel primore
 aspe-

Platonis T. 3. h. 1. 371. p. 1. 1. 1.

Heb. 11. 3.
Matth. 28. ult.
1. Cor. 15. 25.
1. Cor. 5. 7. i. 627
1. Cor. 15. 3.

aspectu, ut Gellius loquitur, videatur infame? Patibulo, inquit Ethnici apud Arnob. Lib. I. contra gent. *Christus, quem colitis, affixus est.* I. Beatissimum, II. Dominum, III. Gloriæ, IV. Immutabilem ac immortalem DEUM actum esse (1) *in arborem infelicem*, Liv. Lib. I. *lignum infelix*, Senec. Epist. CI. *stipitem infelicem*, Minut. Felix in Octav. *ἐλεγχιστόν τινα πότμον*, Nonno quem lugeri nec solitum nec fas fuit. (2) Sustinere *supplicium servile*, Tacit. Lib. II. & IV. Hist. *homine libero indignum*, Lactant. Lib. IV. cap. XXVI. *quod à cive Romano non corpore solum, sed & cogitatione, oculis, auribus, longo abesse vult longius* Cicero pro Rabir. (3) Fieri *ἴμνα (ἀσπασίον)*, Gal. III, 13. & liceat cum Tertull. licentioso esse Lib. III. contra Marcion. *nullificamen populi: subire* *ἀειρήνην τὸν σωτήρα*, Heb. XII, 2. *cujus vel nomen morti fuit: cui affixum canem, quòd Gallis adventantibus stertuisset, solenni pompâ circumgestarunt Romani, ut significarent, ignominiosissimâ morte afficiendos, qui pro patriâ non vigilarent, auctore Plutarch. Lib. de fort. Rom. & Plin. Lib. XXIX. cap. IV. (4) In crucem attolli crudelissimum deterrimumq; ut Cicero in Verr. Lib. V. *questissimum*, ut loquitur Tacit. Lib. XV. Annal. *supplicium*, nullâ suâ culpâ, nisi quam de domo afferebant Judæorum Principes, ex sese comminiscabantur immissi indices, iniquissimus demquè Judex, quia & contra conscientiam, & contra acta atque probata sententiam dixerat, credebatur, hæc hujusmodi quomodo conciliabit homo suæ rationi relictus? Cæterum*

in felix *arbor* *stipes* *lignum*

No. 4. p. 145. f. 3.
pop. Herfus ex v. r. l. y.
Herm. S. ex v. r. l. y.
Uy.

Supplicium *crucem* *servile* *stipitem* *lignum* *indignum*

cœ-



coelestis sapientiae jubare illustris Augustinus; Grande, ait Tract. CXIX. in Joh. spectaculum, sed si spectet impietas, grande ludibrium: si pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, grande ignominie documentum; si pietas, grande fidei nutrimentum. Si spectet impietas, videt Regem pro virga regni lignum sui portare supplicii. (Nam ut idem alibi in sua ad latronem, *ωροφωνισος*; Dic, o Latro, ubi corona, sceptrum & purpura, ut eam dicas Regem? videsne coronam aliam, quam spineam? sceptrum aliud, quam clavos? aliam purpuram, quam sanguinem? alium thronum, quam crucem? alios ministros, quam carnifices?) Si pietas, videt Regem bajulantem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum. Hæc Augustin. Ideo & inter Christianos postea dictum fuit:

Τὸ ξύλον μακαριστὸν ἐν ᾧ θεὸς ἐξετανόθη.

Et lege latâ cautum est à Constant. M. ne imposteriorum crux, tanti Regis folium, pœnis damnatorum vilesceret, auctore Sozom. Lib. I. cap. VIII. Nam si in Martyrologiis *δοξάζεσθαι καὶ πλειῶσθαι* idem valent: si frater unus de septem illis, quos cruento sustulit supplicio Antiochus ad rogam iturus, *εἰς τὴν δόξαν τούτου* se deductum à Domino fatetur, observante Cl. Heinsio in Aristarch. sacro ad Nonn. cap. XXII. quibus encomiis ornabimus illud lignum, in quo generis humani Soter Dominus noster JESUS CHRISTUS *chirographum nobis adversum*, triumphatis hostibus, sanguine delevit, Coloss. II, 14.

In gloriam igitur Domini nostri crucifixi tra-

Tras pietas, qm pt abesse? Vultu.

*Corona. I. C. spica
Scepta. - Clavis
Purpura. - Sanguis
Thronus. - Crux.
Ministri. - Carnifices.*

1 Joh: 2: 14

Luc: 24.

✠ : (6) : ✠

Et abimus Oraculum, cœlestis sapientiæ mysteriis
opulentissimum, quod D. Paulus gentium
Doctor descripsisse quasi è Titulo Crucis vide-
tur: id verò sic habet.

1. Corinth. 11, 8.

Ἐὶ γὰρ ἔγνωσαν, ὅτι αὐτὸν Κύριον τῆς
δόξης ἐσαύρωσαν.

Erasmus.

Nam si cognovissent, haudquaquam
Dominum gloriæ crucifixissent.

Arias Montan.

Si enim cognovissent, nunquam Do-
Dominum gloriæ crucifixissent.

Tremell. Junius, Beza.

Nam si cognovissent, nequaquam Do-
Dominum gloriæ crucifixissent.

B. Lutherus.

Dann wo sie die erkannt hetten/hetten sie
den **H**Erren der Herrlichkeit nicht gecreuziget.

Quod

Quod D. Paulus hypotheticè proponit, id nos categoricè, hunc in modum :

DOMINUS GLORIÆ EST CRUCIFIXUS.

*Ignatio scilicet: hunc vel
est crucifixus.*

Ανάλυσις Textus.

I. DOMINUS.

§. I.

Κύριος primâ sua significatione ratæ auctoritatis, ac, ut barbari loquuntur, principalitatis nomen est. Nam *Κύριος νόμος* rata lex est, nondum refixa: & Galeno *κυριώτατα μέρη τῆς σώματος* principalia membra sunt, & ipsum τὸ κύριον auctoritatem significat. Non igitur plenè satis & ex æquo Hebræorum Jehova respondet. Nam & analogica vox est *κύρις*, non item nomen tetragrammaton. Primùm quidem DEO debetur, sed dependenter ab eo, confertur etiam (1) ἡθικῶς absolute personis quibusvis in eminentiâ constitutis. (2) Πολιτικῶς Magistratibus. (3) Οικονομικῶς quibus sunt servi aut propriè dicti, nexu ac mancipio obligati, aut mercenarii, qui indebitam locant operam. Hic loci notat ipsum verum ac æternum DEUM, sed ἐνσάρκον, non tam ex Lesbiæ illius Photinianorum regulæ præscripto, quia articulus (τὸν κύριον) præfixus est, quàm ob (α) *προδοτήκην* gloriæ, (β) ratiocinationem D. Pauli, quæ est, non ad crucem petitorios Jūdæos fuisse hunc Dominum, si ipsum, & quæ de eo revelata sunt, agnovissent. Talis igitur hic Dominus intelligitur, quem crucifixo non agnoverunt: Agnoverunt autem ut hominem, ut Dominum ac Magistrum suorum discipulorum, sed ignorarunt ut DEUM. Ergò DOMINUS DEUS intelligitur. Ex analogia locorum similium, quæ à communi Dominorum sorte eum eximunt, & Unum dicunt, Jud. vers. 4. I. Cor.

Job. 19. 28.



1. Corinth. VIII, 6, & collocant ὑπεράνω πάντων κυριότητι,
Ephel. I, 21.

§. 2.

Neque tamen Dominus universaliter gubernans actu secundo hîc describitur: sed hujusmodi Dominus, qualem ipsum prædicatum, & præsens status exinanitionis, & futura exaltationis gloria admittit. Quanquam enim in medio exinanitionis statu Dominus erat & vocabatur, Luc. II, 11. Joh. XIII, 13. tamen & servus esse voluit, Philip. II, 7. & Dominus fieri amavit, Act. II, 36. Frustra est Pareus, cum ad h. l. annotat, Dominum appellari, *quia & tunc, cum scriberet Paulus, & nunc in caelis gloriose vivit, & regnat ad dexteram Patris.* Etenim ejusmodi ampliatio nec necessaria est nec congrua. Considerat D. Apostolus Christum in eo statu, in quo Judæis erat scandalum, ob humilem vivendi rationem; in quo scandalum obstabat, ne agnoscerent ejus Deitatem, alioqui non in crucem sublaturi tantum rerum omnium Dominum. Verius igitur fuerit credere, defixum hîc fuisse Apostolum in Christum, qualis in cruce pendeat, & ex crucis titulo, ut in prooemio diximus, descripsisse hanc sententiam.

II. GLORIÆ.

§. 3.

Gloria vox, de hominibus cum dicitur, multas habet significationes, quas omnes sigillatim describere nihil opus est: nec tamen insuper habenda est observatio Drusii, qui Lib. II. Qq. Ebraic. quæst. LIV. verba Psalmi XVI. qui de ipsa potiore hominis parte animâ interpretatur. confer Lib. III. quæst. XLIV.

Domini autem gloria est (1) ipsa divina majestas, quatenus omnem ejus & essentiam & idiomata includit, id quod nervose docuit Dn. D. Gerhard. Præcept. honoratiss. in Exeg. Loc. II. de

de Attrib. Div. Sect. XVIII. pag. 908. (2) Gloriosus illius ma-
 jestatis usus: nam de hoc accipio Joh. XVII, 5. Sed hinc ite-
 rum talis intelligenda est gloria quoad Christum hominem,
 quæ statui, in quo fuit ille ipse crucifixus, est congrua, nempe
 illa in prima significatione gloriæ Majestas, de qua testantur
 actus gloriosi, quibus interdum coruscare visa fuit, in ipso cru-
 cis suggestu, è quo paradisum adoranti latroni promisit.
 Quoad gloriam *ἡ δόξα*, quatenus in Christo perpetuò
 manserit & maneat, subscribit (sed hæretico sensu) Gründlicher
 Bericht von der Hoheit Jesu Christi/ cap. X. pag. m. 143.
 Wir müssen aber hierbey auch dessen mit nichten vergessen / aus
 welchem die Göttliche Hoheit in diesem Stück fast am allermei-
 sten abzunehmen ist: Nemblich daß Jesus Christus solche
 Gewalt Wunder zu thun / nicht wie andre Menschen / so
 entweder vor oder nach Ihm gewesen sind / dergestalt gehabt ha-
 be / daß sie entweder als ein unbeständiges zufälliges Ding von
 Ihm weichen können; oder aber / daß er / wie alle andere Men-
 schen / welche jemals Wunder gethan haben / solche Gewalt erst
 mit dem Gebet von Gott allemahl erlangen / und mit unauff-
 hörlichem Fleiß und Arbeit erhalten müssen: sondern daß sie
 Ihm / als dem rechtschaffenen Erben und Inhaber der warhafft-
 ten Güter Gottes / dergestalt mitgetheilet / daß sie sein Eigen-
 thumb worden / und in Ihm ohne aufhören gewohnet
 hat / also daß der Herr Jesus Christus niemals ohne dieselbe
 gewesen / sondern sie allezeit in und bey sich gehabt; ja auch da-
 mals solcher gestalt nicht beraubt worden / als er
 Knechts gestalt angenommen / sich binden / schlagen /
 verspehen / und ans Creuz nageln lassen. Und das
 kan man daher abnehmen / daß der Herr Jesus seine Feinde /
 fast in dem Augenblick / als sie Ihn mit gewapneter Hand fa-
 hen und binden wollen / mit einer einigen Frage dermaßen er-
 schreckt hat / daß sie zurück weichen / und zu boden fallen müs-
 sen.

*4. 2. 205 /
 1. 17. 5. 1. 7. 2.
 Harn: Culixt.
 351. seq. 01.*

*Heb. 1. 3.
 Col. 2. 9. 3
 — 1. 18. /*

Phil. 2.

1. 18



§. 4.

In posteriori sensu gloria hinc ideò accipi non potest, quia gloriosi Majestatici ac Regii actus pugnant cum servili subjectione, hostium in se atque regnum suum admissione. Nihil ad rem faciunt comparationes cum Theodosio Imperatore, censuræ Ecclesiasticæ subjecto, principe peregrinante, patrefamiliâs ægrotante, viro prodigo in vulgus, in se avaro, quibus superioribus annis (non nemo) sibi mirificè placuit. Nam Theodosius hostibus se suis non subjecit, secus non facturus quod Regem oportuit, sed Deo Deiq̃ue ministerio: quæ subiectio Regiam dignitatem non perimit, sed, quanta quanta est, superius sceptrum divinum scilicet suspicit. 2. Princeps peregrè profectus princeps quidem manet, sed interea ipse populo sibi subjecto, actu secundo, jus non dicit. 3. Patrisfamiliâs ægrotatio sæpè hujusmodi est, ut functiones œconomicas non impediat. Qui denique foris liberalis, domi genium suum defraudat, reverà possidet bona, undè posset propitiare genium. At Christus reverà pauper fuit, non habens quo caput reclinet. Matth. VIII, 20. 2. Cor. VIII, 9.

§. 5.

Est verò illa gloria, à qua Christus crucifixus denominatur, gloria (1.) Divina, in qua sola gloriari debemus, 1. Corinth. I, vers. ult. quam ignorarunt ἀρχόντες τῆ αἰῶνος τῶν αἰώνων, & si scivissent, non fuissent eam invasuri. (2.) Gloria tanquam Unigeniti à Patre, (cujus Filius quoddam quasi ἀπαύγα ζωῆς, Hebr. I, 3.) Joh. I, 14. quem in locum lubet ascribere, quæ ingeniosius dicam, an luculentius annotavit Cl. Heinsius in Aristarch. sacro ad illos Nonni versiculos:

καὶ κλέσθαι αὐτῶν
 εἶδομεν ἀνδρομέοισιν ἐν ὀμμασίν, οἷά τε τιμὴν
 ἴδμεν μνηστογόνοιο παρ' ὑψίστου τοκῆος.

Sequi-

Gloria I.C.
 1. Cor. I, ult.
 2. καὶ γενεῆς
 3. μνηστογόνοιο

ⲛⲁⲓ. (ⲙⲟⲛⲟⲓⲛⲉⲛⲥ.)

Sequitur, cum scribit, ὡς δόξαν μονογενῆς ᾧ πατρὶ. In quo loco torfit aliquantum antiquissimi Ecclesia scriptores τὸ ὡς, quod Heretici in eo luderent, ac vulgò dicerent; ἢ μονογενῆς μὲν, ἀλλὰ ὡς μονογενῆς. Unde Chrysostomus, Theophylactus, alii, ἀντὶ τῆς ὀνόματι, hoc est, revera, poni volunt. Ut sit, ἢ μὲν, dicunt illi, ὁμοιώσεως, ἀλλὰ βεβαιώσεως καὶ ἀναμφισβήτητος διορισμῶς, non similitudinis, sed confirmationis, & indubitatae separationis, nota. Hoc est, ac si dictum esset, ἔδοξεν τὴν δόξαν αὐτῶν, δόξαν ἀληθῶς, vel ὡς ἀληθῶς, μονογενῆς ᾧ πατρὶ. Nec negari potest, quin pro ἀληθῶς ab Hellenistis usurpetur: cuius rei miror nullum eos in re tanta protulisse exemplum. Ita Hof. V, 10. Ἐγένοντο οἱ ἄρχοντες ἰσθὰ ὡς μετὰ πέντε ὅρια. Ubi Cyrillus, ὅτι δὴ πάντως μετὰ πέντε ὅρια. Facti sunt ut qui transferunt terminum, hoc est, omninò transferunt terminum. Nec hoc latuit Rabbinos, qui cap. ibi, רַבְרַבָּא אָמַר ad confirmationem rei, positum affirmant: cuius rei plura afferunt exempla. Sed res tota mera est κακοχολία & malignitas ingeniosa, quam nemo in Republica aut re seria ferat. Si quis de Monarcha dicat, Majestatem se vidisse in eo, & quidem Majestatem ut unici in terra Regis, & ex eo alius inferret, Regi ergò similem non Regem esse; jocum ac ludibrium haud dubiò deberet. Neque contemnenda est Theophylacti observatio, qui illa, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, referre huc videtur, cum inquit: Ἀντὶ τῆς ἡ δόξα, ἢν ἐθεασάμεθα, ὡς τῶ ὄντι καὶ ἀληθείαν ὑμῶν δόξα ἦν, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Ut legatur in hunc modum totus locus: καὶ ὁ λόγος οὗτος ἐγένετο, καὶ ἐσηκώσεν ἐν ἡμῖν: καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτῶν, δόξαν ὡς μονογενῆς ᾧ πατρὶ, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Quomodo τῆς παρενθήκης, quae asperius intervenit, molestia tolletur. Et Majestatem ejus vidimus, Majestatem utpotè unigeniti, plenam, &c. optimè profectò. Et quamvis benè noster & vulgati libri, qui ad λόγον haec postrema referunt, miror tamen eruditos, quibus alterum tantoperè displicuit.

B 2

(1) Glo-



(3.) *Gloria miraculosa*, cujus fulgur cūm alibi tūm maximè Joh. II, 11. enituit. (4.) Ejusmodi gloria, quam inter & finitam angelicam ac humanam non datur media. Etenim, ut accuratè scribit D. Mentzer. p.m. in ἀντις Stein. Disp. I. th. 80. & alibi: *In historia creationis de hujusmodi media natura (gloriâ) nihil legitur: quis usus ejus virtutis, an ut per eam aliquid perficeretur, quod nec per solam Deitaten, nec per solam humanitatem perfici poterat?*

III. DOMINUS GLORIÆ.

§. 5.

Videri alicui posset, per hebraismum dici pro *Domino glorioso*, qualem (nisi hebraismus non sit, qui non solūm tam frequens est in Græco N. T. sed etiam apud profanos auctores hebræarum literarum imperitos, ut apud Hesiod. κυνέην ἀδάμαντῶ, & Aristot. Ἐπὶ πῶς εὐμάρεια τῆς τοιαύτης ζητήσεως, sæpè legitur,) in his quoque esse perhibet Pasor in Syllab. sequentia: κριτῆς τῆς ἀδικίας, Luc. XVIII, 6. Matth. IV, 15. Γαλιλαῖα τῶν ἐθνῶν. Ἐνδυμα γάμο, Matth. XXII, 11. Ἐνέργεια πλάνης, 2. Thess. II, 11. ῥίζα πικρίας, Hebr. XII, 15. λόγῳ κολακείας, 1. Thess. II, 5. ὀπιθάνεια τῆς δόξης, Tit. II, 13. τὸ πρῶτον τῆς γενέσεως, Jac. I, 23. quibus & hæc addas licet, βδέλυγμα ἐρημώσεως, q. d. ein abscheuliche Verwüstung/ Matth. XXIV, 15. σῶμα τῆς δόξης, Philip. III, 21. ἀκροατῆς ὀπιλησιμονῆς, Jac. I, 25. adde Druf. Lib. I. Qq. Ebr. quæst. LI.

§. 6.

Cæterū quia nil cogit ad hebraismum ut confugiamus, & res eodem recidit, sive Dominum gloriae dicas, sive Dominum gloriosum; verborum illum complexum, ut sonat, tenebimus,

mus, si illud prius monuerimus, τὸ Gloriae non esse restrictivum Domini, sed ἐξηγητικὸν, ne habeat, quod excipiat Catechesis Racoviensis, adducta à Menzer. Exeges. A. C. pag. 150.

Gloria Domini
1. C.

§. 7.

Dicitur Christus Dominus gloriae (i) naturaliter, ratione Ad. 7. Deitatis. (2) Personaliter, ratione humanitatis, quam, ut olim templum I. Reg. VIII, II. gloria Domini, tanquam ναὸν σὺ implevit, Joh. II, 19. (3) Officialiter, quia Rex gloriae: non quòd tùm. 4. 24.

Impleta sint, quae cecinit

David fidei carmine,

Fortunat. in Hymno passion.

Dicens in nationibus,

Regnavit à ligno DEUS.

ut absurdè, secutus Patrum nonnullos, censet Gretser. Lib. I. de S. Cruce cap. XXXVII. (4) Relativè, ut nos ei serviamus, Joh. XII, 26. nec nos soli, sed & Angeli, Matth. IV, II. (5) Finaliter, quia in ejus gloriam cum omnis noster cultus religiosus, Marc. VII, 37. tùm in specie θαυματουργήματα terminari oportuit, Joh. II, 11.

IV. EST CRUCIFIXUS.

§. 8.

Ἐσταυρωμένῳ. Σταυροὶ sunt, ut Hesychius in Hom. Odyss. ξ. οἱ κατεπεπιγότες σκόλοπες χάρσες καὶ πάντα τὰ ἐσῶτα ξύλα: & Eustath. ὄρθα καὶ ἀπαιξυμμένα ξύλα. Id si verum est, non solum patibulum sive lignum transversum, sed & integram crucem portaverit Servator noster. Sic enim Johannes Evangelista cap. XIX, 17. καὶ βασίζων τὸν σταυρὸν αὐτὸς ἐξῆλθεν. βασίζων. Ergò gravissimum pondus, ut explicat Dn. D. Ger-

B 3

hard.



hard Præcept. in Harm. pass. cap. XII. pag. m. 201. Τὸν *καυρόν*.
 Ergò non solum lignum transversum. Nec leve momen-
 tum accedit, quòd Simon Cyrenæus coactus fuit ferre crucem
 ἑπιθεῖν τῆς ἰησοῦ, sive postremam solum partem à tergo Christi
 portarit, sive toti oneri successerit, ut aliæ aliorum sunt expli-
 cationes. Perperam igitur scripsit Lipsius in Tract. de sup-
 plicio Crucis, cum, *pietores*, scripsit, *ignari antiquitatis perpe-
 ram Christum lignum illud transversum conjunctum oblongo, id
 est, patibulum cruci conjunctum ferre pingunt.* Sunt alia, quæ
 magnis Commentariis de hac crucis forma, materia, modo,
 pro suo singulari in crucem demerendi studio, in crucifixum,
 contumeliâ prodidère J. Lipsius & Jacobus Gretserus: quæ ta-
 men nos hîc libenter præterimus, tum quòd incerta pleraque
 & sceptica, tum quòd nostra parùm interfit, quæ fuerit lignea
 crucis conditio, dummodò, ut in argumento alio Augustinus
 loquitur, redemptio clareat.

§. 9.

Crucifixionis vox hîc propria est, non metaphorica.
 Neque enim talis hîc crucifixio fuit, qualis illa Apoc. XI, 8,
 neque penetratio solum corporis fuit sine dolore, ut teli per
 aquam sine vulneris sensu. Quod deliquium veritatis Hilario
 ascribitur, quem insanum molitur, ut excuset, Becanus de Chri-
 sto cap. XII. quæst. VI. n. 4. tanquam de solo verbo Divino lo-
 cutus fuerit, cum ἀναστροφῆς ei tribuit, ἀλλ' ἀρρητὰ ἀμείνω!
 Verba enim Hilarii Lib. X. de Trinit. clara sunt, nec possunt
 facile ullâ sophisticâ in sensum alium detorqueri, pag. 207.
 Homo itaque Jesus Christus, Unigenitus DEUS, per carnem &
 verbum, ut hominis filius, ita & DEI Filius, hominem verum se-
 cundum similitudinem nostri hominis non deficiens à se DEO,
 sumpsit: in quem quamvis aut ictus incideret, aut vulnus descen-
 deret, aut nodi concurrerent, aut suspensio elevaret, afferrent qui-
 dem hæc impetum passionis, non tamen dolorem passionis inferrent:
 ut

Hilarij lapsus.

ut telum aliquod aut aquam perforans, aut ignem compungens, aut aëra vulnerans. Omnes quidem has passiones naturæ suæ infert, ut perforet, ut compungat, ut vulneret: sed naturam suam in hæc passio illata non retinet, dum in natura non est vel aquam forari, vel pungi ignem, vel aëra vulnerari, quamvis natura teli sit vulnerare & compungere & forare. Passus quidem Dominus Jesus Christus, dum ceditur, dum suspenditur, dum crucifigitur, dum moritur, sed in corpus Domini irruens passio nec non fuit passio, nec tamen naturam passionis exercuit: dum & pœnali ministerio illa deservit, & virtus corporis sine sensu pœnæ, vim pœnæ in se deservientis exceptit. Habuerit sanè illud Domini corpus doloris nostri naturam, si corpus nostrum id naturæ habet, ut calcet undas, & super fluctus eat, & non degravetur ingressu, neque aquæ insistentis vestigiis cedant, penetret etiam solida, nec clausæ domus obstaculis arceatur. At verò si Dominici corporis sola ista natura sit, ut sua virtute sua anima feratur in humidis, & insistat in liquidis, & extructa transcurrat, quid per naturam humani corporis concepta ex Spiritu S. caro judicatur? Caro illa, id est, panis ille, de cœlis est. Et homo ille de DEO est, habens ad patiendum quidem corpus, & passus est, sed naturam non habens ad dolendum.

Hactenus Analysis, sequuntur quæstiones controversæ è textu fluentes.

QUÆSTIO I.

An ex hoc Apostolico Oraculo vera Christi DEITAS demonstrari possit?

§. 10.

NUnquam Julianus ὁ ἀποστόλης fuit impudentior, quàm cum Paulum (negat) usquam Divinitatem tribuisse Jesu: Nus-

Nusquam contrà melius rem gessit Cyrillus, quàm cum illi locum hunc ipsum 1. Corinth. II, 8. objecit. Dudum igitur est, quod locus iste in Deitatis Christi argumentum cessit. Etenim

Argu.

Quæcunque persona I. ὀνομαστικῶς vocatur Dominus (1) cum præfixo articulo, (2) ille unus, (3) ἐξοχικῶς. (II.) ἰδιωματικῶς GLORIÆ (1) Divinæ, (2) tanquam Unigeniti à Patre, (3) miraculosæ, (4) infinitæ. (III.) ἐνεργητικῶς, CRUCIFIXA ἰλαστικῶς, atque sic ut Dominus gloriæ manserit: illa est verus, æternus ac naturalis Deus.

Atqui Christus est ejusmodi persona. Ergò Christus est verus & naturalis DEUS.

Major quoad primæ partis membrum primum regula est ipse infaustræ Samosatani proles: Secundum, quia omnes, extra æternum illum Dominum παντοκράτορα, sunt Domini multi, 1. Corinth. VIII, 5. Tertium, quia solus verus Deus est ille ἐξοχικῶς Dominus. (II.) Quoad secundæ partis membrum 1. quia gloria Divina verum DEUM arguit: quoad 2. quia ut essentia, ita & gloria Patris & Filii Una est, Joh. X, 30. quoad (3) quia miracula in suimet gloriam facta, & vi propriâ facta non nisi à DEO fieri possunt, qui facit mirabilia solus: quoad (4) quia omne infinitum verè Divinum est: neque ipsi Photiniani duo infinita concesserint. III. Quoad tertiam partem, quia (1) propitiatoria crucifixio opus est Dei, 2. Corinth. V, 19. quia (2) in puro homine gloriosum & inglorium esse, Dominum & servum, se mutuò perimunt.

§. II.

Minor quoad partis primæ membrum (1.) lucem suam habet ab ipso textu: quoad (2.) in 1. Cor. VIII 6. quoad (3.) quia analogum per se positum semper stat pro suo significato
emi-

eminentiori. II. *Quoad partis secunda membrum 1.* quia hu-
mana aut finita esse non potest, quam principes hujus seculi
agnoscere non potuerunt, quam animalis homo non percipit:
quoad membrum 2. & 3. quia à nobis stat, Joh. 1, 14. *quoad (4.)*
quia omnis Divina gloria infinita est. *Quoad partem ter-*
tiam, quia primum de *ἰλασµῶ* testatur D. Johan. Epist. 1.
cap. II, 1. alterum supra confessa est, der gründliche Bericht / S. 3. 129/c.

S. 12.

Nec hilum proficiunt, quando (1) ex gloria donatione
Ditatem evertere laborat in der Unterrichtung von den für-
nehmsten Hauptstücken der Christlichen Religion / cum scribit.
(fortassis) Ostorod. cap. XIV. pag. m. 83. So hat man sich
auch zu verwundern / daß man aus der Göttlichen Ehre Chri-
sti bald schließen will / er hab Göttliche Natur / oder sey Gott
selber / aus welcher viel mehr das contrarium kan und soll
concludirt werden : sintemahl die H. Schrift sehr ausdrück-
lich bezeuget / daß Ihm **GOTT** solche Ehre gegeben
hab : wie dann unter vielen anderen unzähligen Örtern zwee
ne sind / derer schon unlängst gedacht / welche solches kräftig
beweisen. Der erst ist Joh. V, 22. 23. Der Vater (spricht
Christus) richtet niemand / sondern hat alles Gericht dem
Sohn gegeben / auff daß sie alle den Sohn ehren / wie sie den
Vater ehren. Der ander ist Philip. II, 9. 10. **GOTT** hat
Ihn erhöht / (spricht Paulus /) und hat Ihm einen Namen
gegeben / der über alle Namen ist / daß in dem Namen **JE-**
SU sich beugen sollen alle Knie / 2c. Woraus wir dann also
argumentiren :

Niemand / welchen man darumb mit Göttlicher Ehre
ehren muß / daß ihm Gott alles Gericht / und
einen Namen über alle Namen gegeben / ist der
einige Gott.

E

Aber

Aber Christus wird umb solcher Ursachen willen mit
Göttlicher Ehren geehret.

Derohalben ist Christus nicht der ewige Gott.

ψ. 42. 3. X

Quando (2) negant, Christum esse *θεικώς* & absolutè Domi-
num, quòd appelletur Dominus ad gloriam Patris, Philip.
II, II. Nam ad (1) sic dedit gloriam Christo, ut non alteri
personæ à DEO diversæ, Esa. XLII, 8. confer Disp. IX. de Glor.
DEI Dn. D. Gerhard. th. 1. sic donavit eandem, ut gratiæ collatio
ad humanitatem restringatur, ex regula Patrum, veteribus
Arrianis opposita, de Datis in tempore, ὅσα λέγει ἡ γραφή,
ὅτι ἔλαβεν ὁ υἱὸς καὶ ἔδοξάθη διὰ τὴν ἀνθρωπότητα αὐτὸς λέγει, ἔ
τὴν θεότητα, Theodor. Dial. II. Ad (2) non scribit D. Apostolus,
Jesum Christum Dominum factum ad gloriam Patris, sed o-
mnium linguarum confessionem, cujus objectum est Dominus
Jesus Christus, terminari in gloriam Patris. *in sic Act. 2. 36*

QUÆSTIO II.

*An hæc Divina ac infinita gloria sit communicata
humana Christi natura:*

Sive,

*An etiam Dominus gloriæ respectu humane
nature appelletur?*

§. 13.

CONFICIMUS id, 'cùm multis possemus, hoc uno argu-
mento:

August.

Cui (1) inhabitat, (2) corporaliter, (3) omnis plenitudo,
(4) DEitatis, ei communicatam esse oportuit et-
iam infinitam ac Divinam gloriam.

Sed

Sed humanitati in λόγῳ subsistenti inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter. Ergo eidem communicatam oportuit Divinam ac infinitam gloriam.

Majorem doceo, quia cui (1) inhabitat, non quòd solùm ad usum adhibetur ut ὄργανον aliquod ἀψυχον. (2) Inhabitat corporaliter: nam & in piis dicitur DEUS κατοικεῖν, Ephes. III, 17. non tamen σωματικῶς, h. e. (α) ὄντως verè ac realiter, non τυπικῶς; (β) Plenè & perfectè, non sicut loquitur Dn. D. Frantz. in Ora. CVI. superficialiter, punctim, angulatim, sectim, divisim; (γ) Personaliter, nam & σώματα Græcis personæ sunt; (δ) Similiter ut anima in corpore. Σωματικῶς γὰρ τὸ θεὸν ἐν τῇ σαρκί, Damasc. Lib. III. cap. VI. (3) Tota plenitudo DEitatis, ita ut nihil extra fingere possis, (à quo extra immane quantum lactatur, ut se vindicet Crocius in Defens. part. II. Convers. Pruten. cap. XVII, sed non eluctatur,) nihil quòd intra excludere: ei communicatam etiam esse oportuit divinam, ac infinitam gloriam: quæ excludi nequit à tota DEitatis plenitudine. (4) Θεότης, non ἰσότης, ne quis de donis creatis sophisticetur.

§. 14.

Minor est D. Pauli Coloss. II, 9. Ubi ne quis in humanitatis locum DEitatem collocet, (juxta alterutram enim naturam accipiendum est, quod de toto Christo affirmatur,) advertendum est, nec propriè plenitudinem DEitatis in DEitate habitare, nec εὐδοκίας esse, sed φύσεως, si in DEitate Filii habitare dicatur plenitudo DEitatis: hîc verò loci & propriam κατοικησιν intelligi & talem, quæ est εὐδοκίας, non φύσεως, Coloss. I, 19.

§. 15.

Neque necesse est, ut si infinita gloria carni communi-

cata sit, etiam infinitas & æternitas de eadem prædicanda sit, ut volunt adversarii. Nam nec ὑποστάσις communicatâ illicò de carne character hypostaticus, genitum esse ab æterno, prædicari debet. Sunt quæ adversus instantiam hanc, adversariis hæctenus insolubilem, excogitavit Becanus cap. VII. de Christo, quæst. III. n. 6. & seqq. sed fumos vendit & cucurbitas pingit.

QUÆSTIO III.

An verè ac realiter sine omni tropo Dominus gloria sit crucifixus?

§. 16.

NEgat tropologicus ille vertiginis spiritus, & contendit, verbalem & allæoticam esse prædicationem, cum Dominus gloriæ crucifixus dicitur. Sic enim Calvinus Lib. II. Instit. cap. XIV. pag. m. 163. *Communicatio autem idiomatum sive proprietatum est, quòd dicit Paulus; DEum suo sanguine acquisivisse sibi Ecclesiam, & Dominum gloriæ crucifixum.* Item quòd dicit Johannes, palpatum fuisse sermonem vitæ, DEus certè nec sanguinem habet, nec patitur, nec manibus tangi potest, sed quoniam is, qui verus erat DEus & homo Christus, sanguinem suum pro nobis crucifixus fudit, quæ in humana ejus natura peracta sunt, ad Divinitatem improprie, licet non sine ratione, transferuntur. Theodor. Beza volum. I. pag. 624. n. 17. Si, quando scribit, proprietates istæ duarum naturarum in Christo videntur permutari, ut cum DEus gloriæ dicitur crucifixus, & Filius hominis fuisse in cælo, cum esset cum Nicodemo in terris, tropus est ἀλλοιώσεως, intra verba consistens. Piscator in not. ad h. l. Hic per tropum, quem veteres vocarunt κοινωλίαν ἰδιωματικῶν, quòd proprie pertinet ad corpus Christi, ac proinde ad naturam
ejus

ejus humanam, tribuitur personæ, denominata à naturâ divinâ. Et obesæ naris oportet esse, qui non subolfaciat, quid ille sibi Parei in h. l. velit commentarius. Est, cum scribit, hoc illustre argumentum (vid. pag. 421.) DEitatis Christi, & exemplum communicationis, qua idioma humanitatis tribuitur personæ, à DEitate denominata. Theodoretus ait: Dominum gloriæ crucifixerunt carne, seu secundum carnem: sicut Jacobus à Paulo vocatur frater Domini humanitatis necessitudine, non Divinitatis. Nam secundum hanc est Unigenitus, nec habet fratrem. Sic DEus dicitur sanguine suo redemisse Ecclesiam. DEus sanguinem non habet: nec sanguinis fusio potuit esse Ecclesie redemptio. De naturis utrumque verum. Sed habet DEus sanguinem, quâ homo est factus, seu juxta humanitatem. Et sanguis est mundi redemptio, quâ DEi sanguis, seu virtute DEitatis. Ambrosius: Dominus majestatis crucifixus dicitur, cum mori nesciat: sed quia verbum caro factum est, hoc est, DEi Filius incarnatus homo factus est, ipsi ascripta est mors: quia Judæi non utique carnem persecuti sunt, sed eum, qui operabatur per carnem: ac per hoc quamvis Dominus majestatis mortem ignoret: quantum tamen ad Judæorum votum pertinet, & ad Principum hujus seculi, Dominum gloriæ occiderunt in carne. Fallit idem in suo Irenico, cum cap. XXVIII. art. XI simplicioribus nobis persuadere vult, DEum esse hominem (& consequenter passum) non tantum verbaliter, sed realiter, imò (si satis nondum concesserit) realissimè. His verborum involucris debuit tegi, quod latet venenum, cum non facile

— miseris fallant aconita legentes.

§. 17.

His nos opponimus I. literam claram, & vel solis radio scriptam, quam cur schemate & nebulâ aliquâ figuratâ debeamus obscurare, causa nulla est. Subjectum propriè ponitur:

C 3

præ-

prædicatum inflectere est Hilarii errorem errare: Copula nullius tropi capax est. Adeoque & hic

Itq; reditq; tropus, nec certum novit asyllum.

Summæ verò dementiæ est, verba sunt Porcii Latronis apud Senecam, *detorquere orationem, cui recta esse liceret. Qui in communi vocum notione in intelligendo aliquo scripto consistit, is velut in communi via suag; possessione consistit: ut si quis eum indè, præsertim in controversia ac lite depellere velit, eum valdè bonis ac evidentibus argumentis instructum esse oporteat.* Dn. D Gerhard. Tom. VII. § 1. Bellarm. Lib. I. de Eucharist. cap. XII. §. sed tota. *Cur sequamur proprium sensum, non debent à nobis petere adversarii, simile enim id esset, ac si quis quæreret ab iis, qui sunt in itinere, cur sequantur viam communem & triam, vel cur ingrediuntur per portam, non fenestram?*

§. 18.

Allegor. Calv. qd.

Dices, *ἀλλοίωσις* subesse, quam *rationis neptim & larvam Diaboli* B. Luther. vocat in Maj. de Coena Dom. Confess. quæ Dominus gloriæ pro humanâ naturâ, pro carne unitâ ponatur. Finge autem subesse, quid mysterii erit, hominem crucifigi? Et quis sensus illius; Filius DEi natus est secundum carnem? Quantulum intererit inter Nestorium & Calvinum? qui, cum nollet agnoscere bimestrem aut trimestrem DEum, facile acceptasset hominem DEo unitum bimestrem aut trimestrem. Cæterum vide sis de amicâ illâ Nestorio-Calvianâ in Unionis & communicationis mysterium conjuratione Tract. Schröderi de Nestorianismo & Eutychianismo, cuius scrinia compilare non lubet, nec æquum est.

Xo: b. p. d. 21.

§. 19.

Luc 135/ II. *Symboli Apostolici simplicitatem.* Quod ut propriè ac sine tropo Unigenitum, DEi Filium natum esse ex Mariâ vir-

virgine tradit, ita eundem, iudicio Pilati iniquissimo, cruci affixum liquidò satis affirmat. III. *Crucifixionis finem*, qui est *ἰλασμός* & satisfactio ad infiniti DEi læsi conciliationem, quam ablit ut præstiterit sola humanitas. Atque huc pertinet adhortatio B. Lutheri Tom. III. Jen. fol. 455. *Hüt dich / hüt dich / sage ich / für der alloeosi, sie ist des Teuffels Larven.* Dann sie richtet zu legt einen solchen Christum zu / nach dem Ich nicht gern wolte ein Christ seyn: Nämlich / daß Christus hinfort nicht mehr sey / noch thut in seinem Leyden und Leben / dann ein ander schlechter Heilige. Dann wann Ich das glaube / daß allein die menschliche Natur für mich gelitten hat / so ist mir der Herr Christus ein schlechter Heyland / so bedarff er wol selbst eines Heylands. *Summa / es ist unsäglich / was der Teuffel mit der alloeosi sucht.* IV. *Personæ Christi Unitatem.* Unus est Dominus ille gloria: duplex autem erit, si humana tantum de homine, divina tantum de DEo, non de Filio DEi humana, de Filio hominis Divina propriè enunciarentur. Divisio namque operationum divisarum personarum argumentum est. V. *Appropriationis veritatem.* Cui proprium est subjectum, ei proprium quoque est adjunctum. Sanguis in cruce effusus proprius est Filio DEi, Act. XX, 28. Ergò etiam effusio illi propria est, proprietate autem non naturali, sed personali, *ὡς ὅτι τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἰδιοποιεῖται: ἕτω καὶ τὰ πάντα τῶ συναυθοτέρας οἰκεῖται.* Athanas. Lib. IV. de Trinit. Tom. II. Confer. Dn. D. Gerhard. Exeges. pag. 1340. & seqq. VI. *Consequentiam infallibilem:*

1. Christus verè ac sine tropo DEus est.

Christus verè ac sine tropo homo est. Ergò

Homo verè ac sine tropo est DEus, & contrà, DEus est homo.

2. Homo verè ac sine tropo est crucifixus.

DEus (Dominus gloriae) verè ac sine tropo est homo. Ergò

DEus (Dominus gloriae) verè ac sine tropo est crucifixus.

VII.

VII. *Rationem* (præviâ præsertim Scripturâ) *cogentem*. Omnis actio atque passio totius est suppositi verè, propriè, realiter, non solum ut causæ agentis, verùm etiam ut termini recipientis, ut rectè disputat Suarez. Disp. XXXIV. Sect. VII. n. 12.

Dominus Gloriæ est suppositum sive persona Divina. Ergò De Domino Gloriæ crucifixio affirmatur verè, propriè, realiter.

§. 20.

Ac ut verum hoc est, Dominum gloriæ esse crucifixum: Ita verum est & alterum, *UNUM de Trinitate esse crucifixum*. Undè Dionysii illud apud Damasc. Lib. III. Fid. Orthod. cap.

VI θεότης ὀλικῶς ἡμῶν ἐν ΜΙΑ τῶν ἑαυτῆς ἐκοινωνήσε ὑπεστάσεων. Et alterum Augustini de fide ad Petrum cap. XIII. *firmissime credè, Unam ex Trinitate personam, hoc est, DEi Filium secundum susceptionem formæ servilis, in virgine conceptum, & de virgine natum*. Confer Chemnit, cap. II. de Duab. Nat. in Christ. pag. m. 7. Crudelior igitur, quàm religiosior obelus fuit Baronii Tom. VII. Annal. cùm phrasin hanc in Joh. Maxentio Euty-chianismi damnavit.

QUÆSTIO IV.

An verè & orthodoxè dicatur,
DEITATEM esse CRUCIFIXAM?

§. 21.

NEc verè, nec orthodoxè. Quamvis sit (non nemo, qui scribit, eam esse *piissimam* & *orthodoxis Patribus usitatissimam*. Nam (1.) *vera non est*, quia DEitas est ἀπαθής, immutabilis, immortalis; quia (2.) si DEitas est crucifixa, DEi-
tas

1. Th. 1. 17
1. Th. 1. 17

Deitas = qd cruci
fixa

☉ : (25) : ☉

tas erit ipsa humanitas, sicut si albedo afficit gustum, (eo scil. modo, quo dulcedo afficere solet,) albedo est dulcedo. DEitatem autem esse humanitatem, phrasis est hominis è calcariâ Nestorianâ in Carbonariam Eutychianam descendentis. confer. Dn. D. Gerhard. Exeg. pag. m. 1289.

§. 22.

Nec orthodoxa, quia (1) *Scripturis sacris ignota*; (2) *A T. Patribus damnata*. Φύσιν τῆς λόγος παθεῖσαν σαρκὶ ἐδέπω καὶ νῦν ἀκηκέαιδρ, Χριστὸν δὲ παθόντα σαρκὶ ἐδιδάχθηιδρ. Damasc. Lib. III. Orthod. Fid. cap. XVIII. Dominus Majestatis crucifixus est, non quasi majestate suâ crucifixum putemus, sed quia idem DEus idem homo, per Divinitatem DEus, per susceptionem carnis homo Jesus Christus. Ambros. Lib. II. de Fid. cap. IV. (3) *Eutychiana, Schwenckfeldiana, Magno Chemnitio si credimus Libr. de Duab. Nat. in Christ. cap. XXII. pag. m. 139.* (4) *Scandalosa, Schröderiano illi catalogo inferenda, qui extat cap. III. Scepttr. pag. 21.*

§. 23.

Neque sequitur (1) si DEus passus est, etiam DEitatem esse passam, à qua non differt realiter; neque (2) Christus non differt reapse à suis duabus naturis, ἐξ ὧν καὶ ἀπέ. Ergò quicquid de toto Christo affirmatur, id de utraque etiam natura dicendum est; neque (3) militat ἀρχώρησις, ut illi ajunt, naturarum mutua; neque (4) rimam invenere, quâ effugiant, qui DEitatem communicativè aut appropriativè passam esse contendunt; neque (5) sequitur: si DEitas incarnata est, eandem etiam esse passam; neque (6) satis se tuentur quibusdam B. Lutheri sententis malè explicatis, utpote è majore Confessione de Coena Domini, quia Divinitas

D

5

Et humanitas in Christo est una persona, ideò propter talem personalem unionem Scriptura etiam DEitati tribuit, quicquid humanitati accidit, Et contrà. E Postill. Domest. in Fest. Annunc. Caro Et sanguis noster est DEus. In cap. XXVIII. Genes. Summa Divinitas est infima creatura serva facta omnium, imò ipse Diabolo subjecta.

§. 24.

Nam si benè concludit primum, concludit & illud: λόγος & ὑπόστασις λέγεται ταυτότι. Ergò si homo est λόγος, homo erit etiam ὑπόστασις. Si secundum, concludet & illud: totus Christus est utraque sua natura. E. quælibet natura est utraque sua natura. Si tertium, tùm vi istius ὑπεχώρησεως, quia de humana natura dicitur, quòd sit diversa à divinâ, quòd constet ex toto & partibus, idem quoque fuerit asserendum de Divina. Aliter nobis ὑπεχώρησιν istam descripsit Damasc. Lib. IV. Orth. Fid. cap. XIX. Ἀμήχανον εἶναι τὴν σάρκα ὑπεχώρησθαι διὰ θεότητος. Et Lib. III. cap. VII. Τῶν οἰκείων ἀυχημάτων ἡ θεότης τῷ σώματι μετέδιδωκεν αὐτὴ δὲ τῶν τῆς σαρκὸς παθῶν ἀμείβετο αὐτέτοχος: non est illa mutua, sed activa tantùm. Si quartum, tùm etiam id prædicabitur, quod implicat contradictionem. Cur igitur hæctenus sunt nostri dicere veriti, humanitatem esse æternam, infinitam? tùm etiam verum erit, DEitatem esse exaltatam communicativè. Eadem enim natura, quæ passa est, est etiam exaltata: si communicativè, quis celsitudinem dedit celsissimo? Si quintum, tùm hoc quoque erit consequens, divina natura incarnata est. Ergò etiam assumpta, quia humana assumpta. Quando dicimus, ait Damasc. Lib. III. de Orth. Fid. cap. VI. naturam verbi incarnatam esse, secundùm beatos Patres, Athanasium Et Cyrillum, Divinitatem dicimus unitam esse carni. Quapropter nequaquam dicere valemus, naturam verbi passam fuisse. Distinguit scil. Damasc. inter propositiones, quæ

ad hoc dicitur
mutua s. t.

liber

incarnatio
ad hoc dicitur



quæ actum incarnationis, & illas, quæ statum incarnati de-
scribunt. Neque enim si verum est, verbum carnem esse
factum: verum quoque est, Christum carnem esse factum.
Ad sextum respondit jam olim Chemnitius cap. XIV. de Du-
ab. Nat. in Christ. Mentzer. Tom. V. Dispp. Marburg. Disp. XXI.
in Explicat. quarund. Qq. controvers. th. 21. Schröder. cap. X.
Sceptr. pag. 137. quos ego hîc religioso silentio veneror.

QUÆSTIO V.

*An Cruce sacra, seu illa, quæ sanguine Domini hujus glo-
riose rubuit, seu quævis alia, facta ad illius imagi-
nem, sit gloriose colenda?*

*Cruz 7. (Cruzado)
randa.*

NEgo, Crucem illam primam, & si quæ supersunt ejus reli-
quæ, religiose colendam, quia (1) etiam asinus ille, quo
vectus Servator Hierosolymam ingressus est, fuisse adorandus. Ut enim Cruce ara fuit, quæ cruenti illius sacrificiâ
sanguine respersa rubuit, & ob contactum istum adorabilis,
auctore Gretser. Lib. III. de S. Cruc. Tom. III. cap. V. Ita
ille adventus gratiosi minister extitit. Dico autem asinus
ille, ne evadat seu Bellarminus, seu Gretserus, Sophista uter-
que, distinctione inter similitudinem & imaginem, quâ argu-
mentum Claudii Taurinensis eludunt, ille Lib. II. de Imag.
Sanct. cap. XXX. ad quart. argument. hic Lib. I. de S. Cruc. cap.
LI. Confirmatur argumentum ad hominem, quia asinus
sanctificationis capax fuit, (non item labia Judæ,) animal
minimè rationale, naturâ suâ innoxium, honoris capax, nihil
enim de ligno crucis Gretserus nugatur Lib. I. cap. LII. quod
non asino quoque competat. Quia (2) etiam crucis, è
quibus suspensi pependerunt duo latrones, fuissent adorandæ,
Cruce Christi ideo colenda fuit, quia fuit imago illius cruci-

Falsig.

Luc. 23.



fixi, & signum Filii hominis, Gretser. Lib. I. cap. LI. & Bellarm. Lib. II. de Imag. Sanct. cap. XXVIII. Atqui & latronum cruces figuram habuerunt Christi crucifixi non minus, ac ipsa vera crux, cum tam similes fuerint, ut indagante Helenâ absque miraculo dignosci non potuerint. Bellarm. Lib. II. cap. XXVII. §. tertio quia per evidentia. Quia (3) in ligno illo nihil fuit Divinitatis: Jam stultus est, qui adorat rem Divinitate cassam, quia creatura irrationali secundum se servit, ac proinde eam ut excellentem, sed superiorem agnoscit. Ac dicere posset ejusmodi Staurodulus ad imaginem; ego sum servus tuus, posset aliquid ab eodem postulare ut servus à Domino, quæ (verba sunt Vasquez Tom. I. in part. III.) planè absurda. Finge habitudinem illam & ἁέσιον, quæ est imaginis vicariæ ad suum exemplar, esse fundamentum cultus religiosi: tum ego quæram, sitne illa ens aliquod increatum, an creatum? Si illud, jam erit λατρεία per se digna, id quod ἀποτόμως negat Bellarm. Lib. II. de Imag. cap. XXII. Si hoc, erit vel ens homine excellentius vel inferius. Illud si dixeris, habebis præter Angelicam naturam aliam aliquam inter DEum & hominem interjacentem, qualem tota creationis historia ignorat. Si hoc affirmaris, jam, ut dixi, cultus tuus erit stolidus. Quia (4) lignum crucis res est per se honoris incapax. Est enim res naturalis per se nec virtuosa nec vitiosa, nec gloriosa nec ignominiosa. Ut enim venenum scorpionis nemo reprehendit ut vitiosum: Ita nec quisquam aurum per se honore dignum censet, quia sunt, ut dixi, res à natura productæ. Dices, crucem esse capacem ignominia. Ergò venerationis: sicut enim (lubet exemplo causam conclamatam utcunque juvare, cum apud Thuan. Lib. XCI. Sabaudus ebrius numos aureos & argenteos triunciales cudentos curasset, in quorum anticâ parte Ducis effigies, in posticâ centaurus conspiciebatur arcu lunato collineans, & pedibus coronam jacentem calcans, cum inscriptione OPPORTUNE,

σταυροδύλος
 3.
 (handwritten notes)

Νῦν ἔτι
 (handwritten notes)



NE, ea contumelia ad Regem Galliae Henricum pertinuit. Ita, quâ ignominia Crux afficitur, ea crucifixum quoque videtur tangere. Verum enim verò hoc tantum conficitur, lignum Crucis sic esse honorabile, ut lapides quosdam ad aras Deorum adhibitas fortunatos predicavit philosophus: propriè namque ignominia non est, quâ Crux videtur affici. Fac enim, aliquid ejus corrumpi aut à natura ex vetustate, aut ab Iconoclasta ex malitia: neutrobique erit contumelia, quia & natura innocens, & Crucis lignum non magis injuriæ, quàm bestia, cum occiditur, capax est.

Pertineat illa ignominia ad prototypum, per se tamen Cruci, sicut nec numo illi Sabaudo, contumelia nulla infertur. Quia (5) impropriè & metonymicè tantum colitur. Sic enim nodum secant, cum solvit Crucis patronus, crucifixi hostis acerrimus Gretserus, cum explicat sensum istius precatiunculæ: ô Crux, ave spes unica. Lib. I. de Cruc. cap. LIII. Jam quod impropriè dicitur, simpliciter negari potest, Bellarm. Lib. II. de Imag. Sanct. cap. XXI. §. secundò probatur. Quod metonymicè tale est, reverà non est tale, nisi pocula Acheloja sint ipsa aqua, & uvæ vina. Quia (6) nec eodem cultu, nec diverso potest adorari. Ergò nullo: neque enim inter idem & diversum tertium datur. Non (α) eodem cum suo prototypo, quia cultus prototypi est cultus latriæ; cultus imaginis non est latriæ, ut rectè tradit Bellarm. Lib. II. cap. XXII. sed cultus imperfectus analogicè reducendus ad cultum prototypi, cap. XXV. Nam

Sicut se habet imago ad exemplar: ita se habet cultus imaginis ad cultum exemplaris. Bellarm. Lib. II. de Imag. cap. XXV.

At imago non est verè ipsam exemplar, sed dicitur tantum ὁμωνύμως, καθάπερ καὶ ὀφθαλμὸς ὁ λιθινὸς ἢ γεγραμμένον, Arist. Lib. II. de Anim. cap. I. text. IX. Ergò

Imaginis cultus non est cultus ipsius exemplaris.

αὐτὸν καὶ ἰσοπέταν
γεγεννημένην τῆν

Neque evadit Vasquez futilissimis distinctionibus, inter (a) gestum externum & intentionem internam, referens illum ad imaginem, hanc ad prototypum. (b) Inter cultum propter se & propter aliud. Nec (c) Bellarminus inter cultum per se & per accidens, Lib. II. cap. XXIII. Nam ad (a) respondet Suarez Disp. LIV. Sect. IV. hanc explicatione negari eundem adorationis motum, quia *actio externa non est adoratio, nisi ut informatur internâ seu intentione adorandi*: atque sic secedi in hæresin Durandi, qui dudum est, quod miserimè se habuit ob sententiam, quam disticho complexus est Sabellicus Venetiis, ut ajunt, quadam in æde inciso;

Nam DEUS est, quod imago docet, non est DEUS ipsa:

Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in ipsâ.

Ad (b) Bellarm. Lib. II. cap. XXIV. §. dicit aliquis. *De essentia vere latriæ est, exhiberi propter se: latria enim dicitur summus cultus, qui debetur vero DEO, ut primo principio omnium rerum. Implicat autem contradictionem, exhiberi summum cultum primo principio & propter aliud. Nam si primo principio: non ergo propter aliud. Si propter aliud, non primo principio.* Ad (c) quia secundum Bellarminum cultus per accidens talis est, qualis est cultus purpuræ seu vestis Regiæ, cum Rex honoratur, loc. cit. cap. XXIII. §. Quod autem. Sed is cultus nullus est. Quod enim per accidens tale est, reverà non est tale. Schröder. in Sceptr. Reg. cap. V. pag. 249. Quis enim dixerit, Rege genu flexione honorato, satellitem quoque, qui comitatur Regem, reverà adorari?

Non (β) *cultu diverso*, quia idem est motus in imaginem & rem significatam, ut ex Aristot. colligit Thomas part. III. quæst. XXV. art. III. τὰν ἀποφάν receiptus à Gretsero Lib. I. cap. XLIX. Cæterùm nec imago Crucis, expressa à cruce prima, est religioso cultu digna, tum ob argumenta eadem, quibus illi primæ cultus denegatur: tum ob hoc, quod sequitur:

Nul-

Nullus cultus incertus atque dubius est cultus religiosus.

Cultus imaginis Crucis est incertus. Ergò
Non est religiosus.

Major est D. Pauli Rom. XIV. vers. ult. Quicquid non est ex fide (id est conscientiae certitudine, ut exponit Becanus Tract. de Liber. Arbitr. quaest. X. n. 12.) peccatum est, Rom. XIV. vers. ult.

Minor ex Bellarmino, Lipsio, aliis, qui post multum aetum adhuc frigent. Lipsio non liquet. Bellarmino Lib. II. cap. XXVII. utrum lignum transversum esset suprapositum ligno longo, ita ut non emeretur lignum longum sursum versus, non est certum. A signaturâ literæ Tau nihil est, quod impetrent, multò minus à D. Paulo Eph. III, 8. Nostra nihil interest, quæ fuerit Crucis figura, dummodò, ut alio in argumento loquitur Augustinus, redemptio clareat.

Corollarii loco subijcio vindicias loci cujusdam B. Luther. in Conc. de exalt. S. Crucis, quem arrodit incesto ore, & caninâ eloquentiâ Gretser. Lib. I. cap. XLIX. *Ex his omnibus apparet impietas Lutheri, qui communem istam & verissimam D. Thomæ doctrinam de eodem adorationis genere præstando cruci & crucifixo commemorans, hanc blasphemiam effudit:* Darnach ist noch ein anderer Mißbrauch kommen durch Thomam von Aquin, dem man die Tauben ins Ohr mahlet / ja ich meyne / es sey ein junger Teuffel gewesen / der hat Klugheit fürgeben mit dulia, hyperdulia, und was des dings mehr ist / und sagt / man solle es anbeten / aber doch so fern / daß man zusammen knüpffe den / der im Himmel ist / mit dem / das der Wähler gemacht hat: ja knüpffs auch an den Teuffel / und bete ihn auch an: Wörtlein sind es / damit man die Leut umbführet: Dann wie kan ein ge-
mei:

meiner Mann hierzu kommen / daß er also per relationes hinauff ziehe / und knüpffe Christum dran / es ist nicht möglich. *Hæc Lutherus juratus ille S. Crucis hostis. Hæcenus Gretserus.*

Quid, versutissime Sophista, perperam hic dixit? Thomam Aquinatem erroris poposcit? novum crimen C. Cæsar! eundem haut obscure in eodem hoc argumento Bellarminus ignorantia accusavit, qui pro Seraphicâ suâ sapientiâ ausus fuerit eundem cultum patriæ imagini & exemplari deferre, & tamen non viderit Nicenam Synodum secundam, neque octavam Synodum generalem, neque Epistolam Hadriani I. pro defensione Synodi Nicenæ. Deinde rejecit distinctiones inanitate plenissimas, inter duliam & hyperduliam, & colligationem illam imaginis ac prototypi? At verò memento Gretseri, quid contra Armenios scripseris Lib. I. cap. L. *Crucem perversè colere non est colere, sed, si rem suo nomine appellare velimus, injuria afficere. Si enim homo non se coli censeat, nisi recto & debito modo colatur, cur crucem ab illis honorari confiteremur, qui eam ritu planè superstizioso colunt?* Jam proba, per Crucem coli crucifixum velle, & vince. Audi impietatis tuæ popularem Bellarminum: *Idololatria non solum est, cum adoratur idolum relicto DEO, sed etiam cum adoratur idolum simul cum DEO. Exod. XX, 23. Deos aureos & Deos argenteos non facietis mecum, cap. XXIII. §. Dicet aliquis. Sed hoc agrè facit, quod de laico addit Megalander noster. Quid verò aliud Suarez Tom. I. in part. III. Disp. LIV. Sect. III. Coràm plebe cautè & disertè loquendum, & res explicanda est potius communibus terminis, qui à plebe possunt concipi, quàm sub terminis scholasticis, qui vix intelligi queunt. Quantulum à verbis Lutheri abest Bellarminus? Qui defendunt, imagines adorari latria, coguntur uti subtilissimis distinctionibus, quas vix ipsimet intelligunt, nedum populus imperitus.*

Lib.

Lib. I. cap. XXII. §. quartò dicere populo. Affert et
gò Gretserus literas Bellerophontæas, testimonium Luthe-
ri cùm affert.

*GLORIA nostra, DEUS crucifixe! ut gloria cœli
Nos tandem maneat, da crucifixe DEUS!*



*Reverendo & Praclarissimo
Dn. PRÆSIDI,*

&

*Præstantissimo, Literatissimoq̃
Dn. RESPONDENTI,*

*Illi Collegæ honoratissimo; Huic Commensali dile-
ctissimo,*

NOster amor fit nostra caro; sic foederat orbis
Cœli cum terra se sub amore novo,

Ecce pater terris & mater defuit astris!

Astra Patrem, Matrem terra caduca dedit.

Noster thesaurus semet depauperat: implet

Paupertate animas divite noster honor.

Fit servus Dominus noster, summusque fit imus:

Ne nihil essemus, quod sumus, esse cupit.

Deformem formam pulcherrimus induit ille:

Redditur infirmum robur, honorque probrum,

Noster in abjecto Paradisus cæditur horto,

Et lignum vitæ marcet, obitque aditus.

E

Hor-

Horrendus Domini summi nudata satelles
 Ferventi cupiit terga secare flagro.
 Sed, quod debuerat facere impia dextera, flagrum
 In Domini tergo protinus erubuit.
Aruit & nostræ sanguis succusque salutis,
 Fons scatebram æternæ nempè salutis habens.
Jam Christi circum sacra ludit tempora lictor,
 Et miscet spinis spinea verba suis.
Ah quid aget, cùm serius est tam lusor acerbus!
 Canna ferit, cœli quem canit ipse chorus.
Fons fitit æternus, mel felle potatur aceti,
 Sed fit in ambrosio melleus ore liquor.
Seraphicâ penitus qui vis ignescere prunâ,
 Huc ades, hunc stimulum perlege, amoris opus.
Est noster crucifixus amor! quanta in CRUCE flamma est?
 Anne calentior est in cruce fixus AMOR?
In cruce, cui crucifixus inest, figamus amorem
 Nostrum, transfixo semper amore soli!
Est noster crucifixus honor, quæ gloria major?
 Num sic certior est in cruce fixus honor?
In cruce, cui crucifixus inest, figamus honorem
 Nostrum, transfixo semper honore soli!
Est noster crucifixus odor; quid suavius isto?
 Num fragrantior est in cruce fixus odor!
In cruce, cui crucifixus inest, figamus odorem
 Nostrum, transfixo semper odore soli!
En DEUS! Ecce amor! Ecce honor! Ecce odor! Ecce homo! quæ
 In duo flumina mî lumina liquimini! (CRUX!
Jesu, ne, quem adamas, adamas sit, marmora cordis
 Contere! Crux valido robore tanta potest!
Fixa sacram spectare crucem mea lumina pergant:
 In cruce non possunt illa videre crucem.
Dulcis AMOR, divinus HONOR, fœcundus odorque
 Spirat ab immenso lumine namque crucis.

Est

Est crucifixus amor, crucifixus honor, DEUS almus,
Et crucifixus odor, gloria Summa poli,
DANNHAVVERE sagax Tibi amori & honori & odori!
Auspicium felix Jesus honoris erit.
Gloria firma Tibi crucis esto gloria sanctæ!
Latè spargat odor se tuus, urat amor!
Tuque, GERHARDE, crucis miles fortissime sanctæ,
Segmina cœsoris collige diva tui.
Fabrica nulla datur, quamvis augusta, perennis,
Sint nisi de ligno tigna parata crucis.

Amoris & honoris mnemosynon

F.

Joh. Georg. Dorscheus, D.



Et crucis amor crucis honor DEUS
Et crucis odor gloria hinc nobis
Dum crucis amplexibus nos fovet
Admirantem hinc nos fovet
Gloria hinc libet esse gloria hinc
Late spargat odor hinc nos fovet
Inque GERARUS crucis hinc nos fovet
Secum hinc nos fovet
Gloria hinc nos fovet

AD
LIT
LIT

AD
LIT
LIT

AD
LIT
LIT

AD
LIT
LIT

AD
LIT
LIT



FF III



ULB Halle 3
003 266 753




A

VD77

Retro







C C C C 55

DOMINUS

Adoranda
Crux 1. Cor.

G L O R I Æ

Crux quæ suspensa est

CRUCIFIXUS,

Allegor. p. d. r.

1. Corinth. II, 8.

Ad Solennem Disputationem
propositus,

D

pro
DOCTORATU THEOLOGICO

obtinendo

à

PRÆSIDE

JOHANN. CONRADO DANN-

HAWERO, SS. Theol. Profess. Publ.

in Academia Argent.

Respondente

M. GERHARDO Münch/

Mœno-Francofurtano,

In Auditorio Maj. d. 18. Sept. A. C. M. DC. XXXIII.

Horis ante- & pomeridianis.

EDITIO TERTIA, prioribus multò correctior.

ARGENTINÆ,

Typis EBERHARDI WELPERI. *No. 5.*

ANNO M. DC. XXCV. *e.*

au 4